

Le livre des serfs de Marmoutier, Appendix, Nr. 46

Notum vobis facimus, quod Johannes marescallus, quia se servum nostrum esse negaverat, quadam die, in capitulum nostrum satisfactorius nobis adveniens, se, coram omnibus, male egisse recognovit, et accedens, tradidit se domno abbati Willelmo, reddens quatuor denarios, ex more, de capite suo. Quod viderunt et audierunt, preter commune capitulum monachorum : Sancelinus cellararius; Guillelmus major de Ponte, qui de ipsis quatuor denariis unum habuit; Radulfus miles, domni abbatis coccus, qui etiam de denariis unum habuit; Gauterius Daniel, qui ex denariis similiter unum habuit; Arnulfus cellararius.